10

VLADISLAUS

Quartus Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ Russiæ Prussiæ Maso
viæ Samogitiæ Livoniæ Smolensciæ Czernichoviæ necnon Sueccoru Gottoru Vandalrq Hriūs Rex.
Significamus pn̄tibus lr̄is nr̄is quorum interest universis et singulis. Exhibitas coram
nobis esse per certos Consiliarios nr̄os nomine Famati Gregorij Schab Civis Krzepicensis
binas literas infrascriptas. Divorum Sigismundi Augusti et Henrici Regum Poloniæ
in pargamenis conscriptas et Sigillis appensilibus obsignatas continentes in se infra
scriptas libertates sanas salvas et illæsas omniq suspitionis nota carentes. Supplica
tumq nobis esse ut easdem lr̄as autoritate nr̄a Regia approbare et confirmare dignare
mur. Quarum quidem literarum Divi Sigismundi Augusti Regis Poloniæ is est tenor
qui sequitur. IN NOMINE DOMINI AMEN. Ad perpetuam rei memo
riam. SIGISMUNDUS AUGUSTUS Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux
Lithuaniæ necnon terrarum Cracoviæ Sandomiriæ Siradiæ Lanciciæ Cuiaviæ Russiæ Prus
siæ Masoviæ Culmen. Elbingen. Pomeraniæq etc. Dominus et Hæres. Significamus pn̄ti
tenore quibus expedit universis et singulis præsentibus et futuris harum notitiam habi
turis. Quia ad intercessionem Generosi Nicolai Luthomirski Castellani Czechoviensis
Thelonioruq. nrorum Minoris Poloniæ Præfecti, pro Nobili Bartholomeo Cerino. Notario
Cameræ Krzepicen. tum commendatam per eundem Nicolaum Luthomirski habentes ipsius di
ligentiam et fidem in obeundo Notariatus munere per annos viginti in quo et hucusq servire
non cessat volentes erga illum et ipsius posteros gratiam nr̄am Regiam declarare et ad servi
tia nobis præstanda promptum reddere domum ipsius hæreditariam in Civitate nostra Krze
picen in circulo inter domum Zophiæ Sczudlowa ex una et Stanislai Golostard ex altera par
te sitt. simul et agros ipsius hæreditarios inter agros Civiles consistentes, quorum duo Lanei
inter Agrum Andreæ Miziglod ex una, et Agrum Margarethæ Kozia ex altera Lopissowskie
et tercius penes Popya miedza quartus inter Agrum Alberti Pipich et Stanislai Scholtiszel
Lavinski dictus quintus et Sextus inter Agros Krzepicen. conventus, et Joannis Kozi Mie
rzotkowskie, reliqui vero duo inter Laurentij sutoris et Advocati Krzepicen. agros Borgu
lowskie dicti. Insuper et quatuor hortos quorum duo in Rokithowka tercius vocatus Mrozow



ski, quartus inter hortos Joannis Ropel et Agnetis Kuleszina sunt sitti. Item locū
Siedlisko Czulczynskie dictum, cum omnibus ædificys et structuris in præfatis agris
et hortis Siedliskoq; locat et locandis, quæ omnia præmissa ipse Bartholomeus
Cerinus, Iure hæreditario possidet, libertate donauimus præsentibusq; donamus ex Iuris
ditioneq; et obedientia Ciuili, ac Aduocatiali eximimus, et liberamus Remouen̄ a prædicta
domo, agris et hortis ac Siedlisko Czulczynskie ipsorumq; hæredibus, omnia onera Oppidi
præfati Krzepicen̄, soluendorumq; Censum, Contributionum, datiarum, et exactionū tam nostra
rum quam Ciuilium quocunq; nomine uocatarum perpetuo et in æuum. Præterea concedimus ei
dem Bartholomeo Cerino eiusq; Successoribus liberum usum syluarum borrarum, ac pascuorum
nostrorum more aliorum Ciuium Krzepicen̄. Ita tamen q̄ præfatus Bartholomeus Cerinus, et e
ius Successores, iure respondere quociens euocatus fuerit, coram Capitaneo moderno Krzepicen̄
et pro tempore existente, solo, aut nobis, uel Iuditio nr̄o Regio non obstante hac exemptione
nostra et Iudicato satisfacere teneatur. Insuper liberam eidam damus per præsentes eius
què Successoribus facultatem cuiusuis generis potus aduectitios et domesticos, quandocūq;
uoluerit propinare, aliasq; rationes uictus, cum ciuibus communes quærere. Ita tamen ut du
cillares exactiones, pro tuitione Reipublicæ sancitas, ipse et eius Successores persoluere
teneantur. Quare Magnifico Joanni Spithek a Tarnow, Palatino Siradiensi Brzeznicensi
Krzepicen̄, Krzeschouien̄ Ostrzesschouienq; Capitaneo, sincere nobis dilecto et alteri pro
tempore Krzepicen̄ Capitaneo ac Famatis Proconsuli et Consulibus Aduocatoq; Krzepicen̄
et alys omnibus quorum interest præsentem concessionem nostram præfato Nobili Bartho
lomeo Cerino, eiusq; successoribus factam, præsentibus denunctiamus. Mandan̄ ut eam
in omnibus clausulis articulis, punctis et conditionibus seruent, et manuteneant nihilquè
contra illam attentare unquam ausint Pro debito suo et gratia nostra factur. Harum testi
monio literarum quibus Sigillum nostrum est appensum. Datum Cracouiæ Feria quarta
post Festa Paschæ. Anno Domini Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo Pri
1551. mo. Regni nostri Vigesimo Secundo. Præsentibus Rn̄dis in Christo Patribus. Rn̄dis

Jacobo Vchanski electo Chelmen̄ Leonardo Slonczewski Camenecen̄. Episcopis necnon
Magcis Gnosis et Venerabilibus, Petro Kmitha in Wisznice Comite, Palatino Cracouien̄
Regni nostri Supremo Marschalco, ac Cracouien̄ Scepusien̄ Premyslien̄ Colenq;. Stanislao
Macieiowski Woynicen̄, ac Lubomlien̄, Zawichostenq; Spithkone. Jordan de Zakliczyn San
decen̄ Regni nostri Thesaurario. Nicolao Miskowski Radomien̄ ac Zathorien̄ Osswią
czymenq; Ducatum, et Miedzyrzecen Joanne Bonar de Balicze Osswięczimen̄. Nicolao
Luthomirski Czechouien̄, ac Minoris Poloniæ Theloneorum nostrorum Præfecto. Joanne Luthomir
ski Brzeznicen̄. Curiæ nostræ Thesaurario. Burgrabio Cracouien̄ Lanciciensq;. Fabiano Czema
Gedanen̄ Castellanis, Tucholienq;. Joanne Ocieski Regni nostri Viceecancellario, Succamerario
et Burgrabio Cracouien̄ ac Sandecen̄, Olsthinenq;. Nicolao Mnischek de magna Kunczycze
Burgrabio Cracouien̄ Curiæ nostræ Succamerario, ac Lukowien̄ Sokalienq;. Sigismundo Ligaza
Regni et Curiæ nostræ Pocillatore Thischowczenq; Capitaneis. Joanne Przerąbski Præposi
to, ac Sede uacante Epatus Cracouien̄ Administratore. Andrea Czarnkowski Præposito Gneznen̄
ac Scholastico. Georgio Podlodowski Canonico Cracouien̄ Secretarys nr̄is. Et alys quam plurimis
Dignitarys et Officialibus nostris fide dignis testibus ad præmissa. Datum per manus Magci
Joannis Ocieski Regni nostri Viceecancellary Succamerary et Burgraby Cracouien̄ Sandecen̄
què ac Olschtinen̄ Capitanei sincere nobis dilecti. Joannes Ocziesski Regni Polon̄ Vice
can̄. Rlo Magci Joannis Ocziesski Regni nostri Viceecancellary Succaerary et Burgby
Crac̄. Sandecensisq; ac Olschtinen̄ Capitanei. Locus Sigilli. Literarum uero Serenissimi
olim Henrici Regis Poloniæ is est tenor qui sequitur. HENRICVS Dei gratia
Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ Russiæ Prussiæ Masouiæ Samogitiæ Kiiouiæ Wolhi
niæ Podlachiæ Liuoniæ &c. Necnon Anclium Borboniorū, et Aluernorū Dux Comes Mar
chiæ Poresti Querty Rouergy et Montisforti. Significamus ac adnotitiam quibus inter
est deducimus. Exhibitas nobis esse literas in Pargameno descript̄ continen̄ in se liberta
tionem, a iure et Iurisditione Ciuili a Censibus solutionibus, ac quibusuis alys oneribus cer
torum bonorum in Oppido nostro Krzepice, tum et facultatem utendi fruen̄. siluis, borris, pa
scuis liquores etiam quosuis propinan̄, ac omnes alios victus quæren̄ rationes communes cū

Ciuibus haben. Nobili Bartholomeo Cerino Notario Cameræ Krzepicen per olim Serenissimum
piæ memoriæ Regem Sigismundum Augustum Prædecessorem nostrum desideratissimum
datas et concessas, saluas sanas et illæsas, omniq suspitionis nota caren, quarum tenor de
uerbo aduerbum sequitur et est talis IN NOMINE DOMINI AMEN. Ad per
petuam rei memoriam. SIGISMUNDUS Augustus Dei gra Rex Poloniæ Magnus Dux
Lithuaniæ necnon terrarum Cracouiæ Sandomiriæ Siradiæ Lanciciæ Cuiauiæ Russiæ Prussiæ
Masouiæ, Culmen Elbingen Pomeraniæq &c Dominus et hæres. Significamus tenore præ
sentium quibus expedit uniuersis et singulis pntibus et futuris harum notitiam habitur. Quia
ad intercessionem Generosi Nicolai Luthomirski Castellani Czechouien Theloneorum [illegible] rorum
Maioris Poloniæ Præfecti pro Nobili Bartholomeo Cerino Notario Cameræ Krzepicen tum com
mendatam per eundem Nicolaum Luthomirski haben ipsius diligentiam et fidem in [illegible]
Notariatus munere per annos Viginti, in quo et huc usq seruire non cessat, volen erga illu et
ipsius posteros, gratiam nostram Regiam declarare et ad seruitia nobis præstanda promptum red
dere. Domum ipsius hæreditariam in Ciuitate nostra Krzepicen in circulo inter domum Zophiæ
Sczudlowa ex una et Stanislai [illegible] ex altera parte sitt: simul et agros ipsius hæredi
tarios inter agros Ciuiles consisten, quorum [illegible] lanei inter agrum Andreæ Mrziglod ex una
et Agrum Margarethæ Kozia ex altera Lopissowskie et tertius penes Popia miedza [illegible] quartus
inter Agrum Alberti Wipich et Stanislai Scholthiszek Laninski dictus, quintus et Sextus
inter agros Krzepicen Conuentus, et Joannis Kozi Mierzionkowskie, reliqui uero duo inter
Laurenty Sutoris et Aduocati Krzepicen agros Borgulenskie dicti Insuper et quatuor hor
tos quorum duo in Rokithowka, tertius vocatus Mrozowski, quartus inter hortos Joannis
Ropel, et Agnethæ Kuleszina sunt sitti. Item locum Siedlisko Czulczynskie dictum cum
omnibus ædificys et structuris in præfatis agris et hortis Siedliskoq locat et locandis quæ
omnia præmissa ipse Bartholomeus Cerinus iure hæreditario possidet libertate donaui
mus, præsentibusq donamus ex Jurisdictioneq, et obedientia Ciuili ac Aduocatiali
eximimus ac liberamus. Remouen a prædicta domo agris et hortis ac Siedlisko Czulczyn

skie, ipsorumq hæredibus omnia onera Oppidi præfati Krzepicen soluendorumq Censuu
Contributionum, datiarum, exactionum tam nostrarum quam Ciuilium quocunq nomine
uocatarum perpetuo et in æuum. Præterea concedimus eidem Bartholomeo Cerino eiusq
successoribus liberum usum syluarum borrarum ac pascuorum nostrorum more aliorum Ciui
um Krzepicen. Ita tamen quod præfatus Bartholomeus Cerinus et eius successores iure
respondere quotiens euocatus fuerit coram Capitaneo moderno Krzepicen, et pro tempore
existente, solo aut nobis, uel Judicio nostro Regio non obstan hac exemptione nostra et iudi
cato satisfacere teneatur. Insuper liberam eidem damus per præsentes eiusq successoribus
facultatem cuiusuis generis potus aduecticios et domesticos quandocunq uoluerit propina
re, aliasq rationes victus, cum ciuibus communes quærere, ita tamen ut ducillares exa
ctiones pro tuitione Reipub: sancitas ipse et eius Successores persoluere teneantur. Qua
re Mageo Joanni Spithek a Tarnow Palatino Siradien Brzeznicen Krzepicen Krzesso
uien Ostrzesschouienq Capitaneo sincere nobis dilecto, et alteri pro tempore Krzepicen Ca
pitaneo, ac Famatis Proconsuli Consulibus Aduocatoq Krzepicen, et alys omnibus quorum
interest præsentem concessionem nram præfato Nobili Bartholomeo Cerino eiusq Successo
ribus factam, pntibus denunctiamus. Mandam ut eam in omnibus clausulis articulis pu
ctis et conditionibus seruent et manuteneant, nihilq contra illam attentare unquam au
sint. Pro debito suo et gratia nostra factur. Harum testimonio lrarum quibus Sigillum
nrum est appensum. Datum Cracouiæ Feria Quarta Post Festa Paschæ Anno Domini
Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo Primo, Regni nostri Vigesimo secundo. 1551.
Præsentibus Rndis in Christo Patribus Dnis, Jacobo Vchanski Electo Chelmen Leo
nardo Slonczewski Camenecen Episcopis. Necnon Magcis Generosis ac Venerabilibus
Petro Kmitha in Wisnicze Comite Palatino Cracouien. Regni nostri Supremo Marschalco
ac Craccomen Scepusien Przemyslien Colenq. Stanislao Macieionski Woynicen ac Lubom
lien. Zawichostenque, Spithkone Jordan de Zakliczyn Sandecen Regni nostri Thesau
rario. Nicolao Miskowski Radomien ac Zathorien Oswięczymenq Ducatuum et

Miedzyrzecen. Joanne Bonar de Balicze Oswięczymen. Nicolao Luthomirski Cze
chouien. ac minoris Poloniæ Theloneorum nostrorum Præfecto. Joanne Lutomirski Brze
znicen. Curiæ nostræ Thesaurario Burgrabio Cracouien. Lancicq; Fabiano Czema Geda
nen. Castellanis Tucholienq; Joanne Oczieski Regni nri Vicecancellario, Succamerario
et Burgrabio Crac. ac Sandecen. Olschtinenque. Nicolao Mniszek de magna Kun
czycze Burgrabio Cracouien. Curiæ nostræ Succamerario ac Lucouien. Sokalienq;. Si
gismundo Ligęza. Regni et Curiæ nostræ Pocillatore. Tischowcenq; Capitaneis. Joan
ne Przerębski Præposito ac Sede vaccan. Epatus Cracouien. Administratore. Andrea
Czarnkowski Præposito Gnesnen. ac Scholastico. Georgio Podlodowski Canonico Cra
couien. Secretarys nostris et alys quam plurimis Dignitarys ac Officialibus nostris
fide dignis testibus ad præmissa. Datum per manus præfati Magnifici Joannis
Oczieski Regni nostri Vicecancellary, Succamerary et Burgraby Crac. Sandecenq; ac
olszchtinen. Capitanei. Sincere nobis dilecti. Joannes Oczieski Regni Poloniæ
Vicecancell. Rbtio Magci Joannis Oczieski Regni nostri Vicecancellary, Succame
rary et Burgraby Cracouien. Sandecenque ac Olschtinen. Capitanei. Supplicatum ita
que nobis est per nostros quosdam Consiliarios nomine eiusdem Bartholomei Cerini ut
literas præinsertas ac omnia in eis contenta authoritate nostra Regia confirmaremus
et approbaremus. Nos annuen. dictoru nrorum Consiliarioru intercessioni, haben. etiam
commendata eiusdem Bartholomei Cerini seruitia, quæ ab annis multis in exactione et
procuratione Theloneorum nrorum Cameræ Krzepicen. præstitit, atq; etiam nunc præstare non
intermittit, has ipsas literas et omnia in eis contenta, approbamus, ratificamus, et confirma
mus roburq; perpetuæ firmitatis eisdem apponimus, decernen. eundem prænominatum Bar
tholomeum Cerinum successoresq; ipsius, ac quosuis alios bonorum in literis supra expressis
nominatorum possessores omnibus in eisdem literis descriptis libertatibus et facultatibus
sine cuiusquam impedimento gaudere ac uti frui debere perpetue et in æuum. In Cuius rei Te
stimonium præsentes manu nostra subscripsimus. Datum Cracouiæ Die XVI Mensis May

Anno Domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Quarto, Regni vero nostri An
no Primo. Henricus Rex. Locus Sigilli appensi Minoris Cancellariæ Regni. Cui Supplica 1574.
tioni nomine Famati Gregory Schab et Hedwigis Woszkanka Ciuium Krzepicensiu Coniu
gum legitimorum Suprascriptorum bonorum possessorum et hæredum apud Nos humillime fa
ctæ, benigne annuentes, præinsertas binas lras Diuorum Sigismundi Augusti et Henrici
Regum Poloniæ in omnibus earu punctis, articulis, clausulis, et conditionibus, et quantum
iuris ratio postulat, et usus earum habetur approban. et confirman. esse duximus, prout per
præsentes approbamus et confirmamus, ipsumq; Gregorium Schab, et Heduigim Woszanka
Coniuges ac ipsorum Successores circa supra scriptas libertates immunitates emptionem ac
possessionem dictorum bonoru uti iudicialiter obtentam plenarie conseruamus, declarantes
easdem firmum debitum et perpetuum robur obtinere debere declaramus. In cuius rei fidem
prntes manu nra subscriptas Sigillo Regni communiri iussimus. Datum Varsauiæ Die
XX Mensis S... Anno Dni MDCXXXXIV Regnorum nostrorum Poloniæ XII 1644.
Sueciæ vero XIII Anno.

Vladislaus Rex

Confirmatio Iurium et Priuilegiorum
D. Sigismundi Augusti et Henrici
Regum Poloniæ. Famati Gregorii
Schab et Heduigi Woszanka seruient
in ciuitate Krzepicze

Thomas Vieyski
Regi Secret.

1644.

w Krzepicach [illegible]

[illegible] przy [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] N° 79 [illegible] [illegible]
obejmujący przywileje.

w Krz. Akcie [illegible] 21 Grud 1818
2 Września 1819
Spisany [illegible]

[illegible]

4
9

